UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ, Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

Principium 2. Non obest Testamento deficiens solemnitas, cujus Defectum supplet privilegii qualitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48233

Visual Library

Authores, teſte Laym. l. 1. tr. 4. c. 22. n. 9. quoad præſentem c-
ſum verò ſpeciatim deciditur in §. cùm aliquid. Inſtit. e-
dem, dum dicitur. Cùm aliquis ex Teſtibus, teſtamenti q-
dem faciendi tempore liber exiſtimabatur, poſtea autem Se-
vus appareat, Hadrianus, Severinus item, & Antoninus r-
ſcripſerunt, ſubvenire ſe ex ſua liberalitate Teſtamento, u
ſic habeatur firmum, ac ſi, ut oportebat, factum eſſet. Qua
conſtitutionem Doctores, teſte Laym. l. 3. tr. 5. c. 1. n. 2. com-
muniter ob eandem rationis æquitatem ad alios etiam ſimi-
les caſus extendunt.

Deducitur 2. Si Teſtator in ſuo Teſtamento Hæredem
qui in univerſum Jus defuncti ſuccedat, inſtituere omittat,
nullum quoque fore Teſtamentum, uti apertè in Inſtit. de
Fideicom. hæred. §. 2. habetur, cùm Hæredis Inſtitutio ſit baſis
& fundamentum Teſtamenti.

Deducitur 3. Etiam ex eo capite invalidum ſecundùm
Jus civile fieri Teſtamentum, ſi uno tempore & contextu non
fiat, ita ut nullus actus extraneus & alienus à Teſtamento in-
termiſceatur; uti ex le. Hæredes 21. in fine ff. qui teſtam. fa-
cere poſſit. & le. Antiquitas C. hoc tit. colligitur.

## *PRINCIPIUM II.*

### Non obeſt Teſtamento deficiens ſolemnitas, cujus defectum ſupplet Privilegii qualitas.

*Senſus.*

Hoc eſt, licet interdum aliquod Teſtamentum debitis
ſolemnitatibus careat, ſi tamen per Leges & Jura cum eo-
dem circa ſimiles ſolemnitates diſpenſatum fuerit, perinde
validum haberi debet, atque alia Teſtamenta, quæ cum
omnibus à Jure requiſitis ſolemnitatibus ſunt confecta.

*Authoritas.*

Deſumptum eſt ex legibus & Authorum infrà pro ſin-
gularibus corollariis citandorum unanimi conſenſu.

*Ratio.*

Quia ad eundem legiſlatorem pertinet leges condere
& in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[...]is iisdem diſpenſare, ergo, ſicut Imperatores ad aliqua Te[...]menta dictas ſolemnitates requiſiverunt, ita in aliis di[...]ſare, & pauciores, vel nullam ſpecialem ſolemnitatem [...]quirere potuerunt.

## *Praxis.*

Hinc deducitur 1. In Teſtamentis ad pias cauſas (puta [...]& Sanctorum honorem, vel animæ ſalutem) factis nul[...] omnino ſolemnitatem requiri, ſed ſolo naturali, divino [...] Gentium jure ſubſiſtere, uti cum Bartolo, Abbate, Claro, [...]quello & aliis docet Laym. l. 3. tr. 5. c. 2. n. 2. quia Jura [...]laria in cauſis Eccleſiaſticis nullum præjudicium afferre [...]ſint, niſi à Summo Pontifice approbatæ ſint; non eſſe au[...] receptas ab his Juris civilis ſolemnitates, ex cap. rela[...]1. de Teſtam. conſtat.

Deducitur 2. Etiam Teſtamentum à Parentibus inter [...]eros conditum validum eſſe, etiamſi præſcriptæ Juris ſo[...]mnitates non fuerint obſervatæ, modò teſtamentum tale [...]olutum, & tempus conditi Teſtamenti, nominaque Filio[...] ac portionum ſcripto ſint à Teſtatore notata, aut certè [...] propria ſubſcriptum ſit Teſtamentum, uti in le. ult. c. [...]mil. herciſcundæ & le. Conſultiſſima. C. de Teſtam. de[...]tur.

Deducitur 3. Idem ſentiendum eſſe, ſi Teſtamentum co[...] ſupremo Principe factum ſit, oblato ei libello, in quo ul[...] voluntas deſcripta habeatur; uti ex le. omnium. C. de [...]ſtam. colligitur, quia acta Judicii Teſtium vim habent, [...]ndem ſolemnitatem ſupplent. Ad Militum verò in [...]lica expeditione verſantium Teſtamentum duo ſaltem [...]tes etiam non rogati ſufficiunt, uti in le. Milites. Cod. de [...]ſtam. Milit. & le. Lucius. ff. eod. habetur.

## *PRINCIPIUM III.*

### [...]etur Teſtatoris voluntas ultima, ut ſollicitè conſervetur Diſpoſitionis ſubſtantia.

## *Senſus.*

Hoc eſt, quando de alicujus Teſtamento legitimè facto [...]ſtat, ad Executores pertinet, ut cum omni ſollicitudine